

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

80. Olesim salis armoniaci Guidonis

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

XVI. GENUS.

Menstrua mineralia simplicia ex Aceto philosoph. & salibus volatilibus, uti sunt sal armoniacum vulgi; urinæ, &c.

80. Oleum falis armoniaci Guidonis,
Pag. 11. *Thesaur. Chymiatri.*

R. **O**lei falis (*menstrui sub No. 71. descripti*) libram semis, falis armoniaci (*vulgi*) uncias quatuor. Sal solve in oleo, dissolutum cohoba ter per alembicum.

Annotationes.

IN genere antecedente spiritus vini phil. dissolvebatur in Acidis, jam ut menstrua hæc oleoso-acida fortiora redderent Adepti, his addidere salia, id est, arida acidis dissoluta & crystallisata. In hoc præsentis genere sumpsere salia volatilia, utpote quæ facilioris præparationis sunt, in sequenti salia fixa, fortioris utpote virtutis. Nihil est in recepto Guidonis vel difficile vel obscurum, nisi in dubium vocare velitis ingredientia, quæ ambo communia esse nequeunt, quoniam Guido menstruo hoc aurum philosophicè sublimat. Quicquid etiam legis in libris Chymie practicæ, semper juxta literam intellige (artis loquendi terminos ut excipias, non est quod te admoceamus) si modo ita, hoc quod promittitur in præparatione & usu fieri queat; si non: Sensum analogicum quære non in præparandi methodo & usu, sed in ingredientibus. Juxtà quam regulam vel oleum falis, vel sal armoniacum, vel ambo philosophica esse debent,
ed

ed quod communibus aurum sublimari nequeat philosophice. Quod oleum salis sit menstruum philosophicum, probavit oleum salis Paracelsi, ut & spiritus vel oleum salis Basilii, quo sulphur solis extrahit. Cap. 6. de Rebus nat. & supernat.

Quod Guido idem oleum intellexerit probabile est, aliàs enim olei nomen improprie attribueretur à Philosopho, tenui & communi salis spiritui. Sed si mallet, Guidonem per oleum salis communem intellexisse salis spiritum, oportet ut per sal armoniacum non vulgi, sed sal harmoniacum vegetabile (spiritum vini phil. sale quodam exiccatum & denuo sublimatum) intelligas, nam & ita menstruum conficeres ejusdem, si non fortioris virtutis, sequentis decimi octavi Generis speciem. Sed si ambo & oleum salis & sal harmoniacum assumes philosophica, menstruum inde produceretur præcedentibus ambobus adhuc fortius; hic errare potes de vero & genuino Recepti sensu, sed nunquam de veritate Chymica, quamdiu manu ductus fueris à spiritu vini phil., ast hic est, ut summe caveas, ne falsa falsorum lachrymistarum recepta aliquando incogitantly transmutes in vera; impossibile in possibile; mendacium in veritatem; & nequam in Philosophum.

Aliquando sal armoniacum vulgi imprægnarunt tincturâ quâdam ut menstruum conficerent alius; ita facta

81. Aqua salis armoniaci Isaaci,

Cap. 47. 2. oper. min. pag. 460. Vol. 3. Th. Chym.

Re. **S**AL armoniacum, sublima ipsum per vitriolum Romanum, libram unam salis armoniaci in libras duas vitrioli, tum contere denuo super facces, iterum sublima, tum facces abjice, tum sublima rursus per duas libras vitrioli recentis, fac ut supra, & itera novies. Itud sal armoniacum pulverisâ, pulverem vitro inde; superfunde Acetum destillatum (phil. sive menstruum aliquod decimi quinti Generis) ut tantummodo solvatur nec amplius, quam ut sal armoniacum solummodo aqua fiat tam crocea quam sol, quia sal armoniacum per vitriolum erat sublimatum, atque id tincturam producebat. Estque hæc ea aqua salis armoniaci